Puncta conclusionis Induciarum per Legatos Galliæ Regis Herculem Baronem de Sarnatze, et Magnæ Britanniæ Regis Magcum Thomam Roe Equitem Auratum.

Induciæ statuuntur ad Sex Annos à data conclusionis suæ à die 26 Septembris anni
præntis 1629 ad Undecimam Julii Stylli noui Anni 1635
Abstineant partes ab omni hostilitate et quibusuis tam apertis quam clandestinis machi-
1 nationibus tam per se quam per alios.
Suecus reddat Regi Poloniæ et Regno Strasburgum siue Brodniciam, Dirschauiam cum
2 suis Territoriis, item Ecclesiam Fraumburgen. siue Varmiensem cum suo adiecto Oppido
et pagis, tum Mitauiam in Semigallia cum suo Territorio Duci Curlandiæ, hoc obseruato ut Dyna
Munda et Spiluen Rigam sequantur, et Fraumburgum siue Varmia his legibus reddatur, ut Portus
Fraumburgen. cum tota Habi Ripa, et littore maneat in ptate Sueci, deinde ne Fraumburgum
aut quis alius locus stantibus Induciis muniatur in Liuonia utraq. partes uti antehac possideant.
In Prussia Rex Sueciæ retineat, Braunsbergam et Tolkmitum cum suis Territoriis, Elbingam
3 cum suo Territorio tam in continente quam in utraq. Insula, et Insula Fischausien in Maiori
Insula ripam omnem Habi, incipien. a Territorio Elbingen. usq. ad Ostium Vistulæ, et quicquid
Heringiæ, Stegen atq. Pilauiam interiacent cum ipso Portu Pilauien.
Mariaburgum cum Insula Maiori, Stuma Capite Vistulæ, durantibus induciis collocentur et
4 sequestrentur in manus Ducis Prussiæ, hac lege ut mense uno ante exitum Induciarum ea
omnia loca reddantur ab utrinq. sine dolo et fraude.
Pro Maiori Securitate Regis Regniq. Sueciæ ratione recuperationis suprascriptorum, Dux Prussiæ
5 relinquat in manu Sueciæ Regis Fischausium, et Lochstett, prout inter Sueticos et Electoris
Commissarios conuenerit, Fischausenq. territorium cum Heringia et lacu Curonico ac demum
Memellia Castro et Ciuitate, donec suprascripta oia circa expirationem Induciarum restituantur.
6 In sequestrandis hisce locis quæ restituentur, hic Ordo obseruetur, ut tradita Regis Poloniæ
ratificatione Strasburgum, Gutstadt, Wormita, Melsac, Fraumburg, et Dirschauia, deductis
præsidiis tradantur Commissariis Polonicis, intra dies ad summum sex; tradetur quoque
Mariaburgum et Stuma Electori intra dies duodecim, quo recepto Memellia et reliqua infra
dies octo Regi Sueciæ consignabuntur, ac demum Caput Vistulæ eidem Electori Prussiæ
intra dies octo tradetur.
Sit omnium rerum amnistia, iura caduca quasi post perduelles à Rege Poloniæ collata ca-
7 reant Executione Si vero Suecus in restitutis Ciuitatibus aliqua iure caduco bona contulerit, ea seruentur iis
quibus collata sunt.
8 Braunsbergæ omnibus Incolis Catholicæ Religionis Orthodoxæ, liberum sit in Ciuitate et
Suburbiis permissum Exercitium Religionis Cathol., si quibus Ciuium placuerit possunt
migrare ex locis restitutis
In locis restituendis bona fide omnia Mobilia Ecclesiarum uti vasa, Vestes Sacræ, Campanæ,
9 aliaq. tum libri Cancellariæ, Priuilegia et alia omnia, exceptis iis quæ à milite pridem dire-
pta sunt nec reperiri possent, bona fide restituantur.
10 Exercitus omnes ab utrinq. tam è Regali quam Ducali Prussia educantur neq. exeundo
ullas iniurias Ciuitatibus Oppidis et pagis tam Regalibus et Ducalibus, quam Nobilita-
tibus inferant aut inferri patiantur.

11ª Commercia itinera publica Terra, fluminibus, ac Portubus utrinq; libera et minime impedita sint, nullaq; vectigalia aut exactiones in Terra fluminibus alterutra pars instituat, aut imponat, sed omnia maneant in hoc statu prout ante hoc bellum fuerant.

12 Defluitatio Mercium ex Mag. Duc. Lith. Regiomontum nulla ratione in lacu Curonensi prohibebitur ex Portu Memelliensi nullaq; insolita vectigalia exigantur.

13 Omnes captivi detenti utrinq; liberi sine pretio restituantur infra Menses duos ab utraq; parte.

14 Cautio de fine fiat ab utraq; parte de servandis hisce Induciis

16 Induciae in eum finem statuuntur ut interim de principali negotio agatur; Assignabuntur itaq; intra annum à data praesentium Commissarii loco et tempore designato qui tractabunt de reducenda perpetua pace.

17 Si Imperator, Hispanus, Infans, et Bavarus his conditionibus inseri velint, sit ipsis facultas, modo se intra quinq; Menses declarent, similiter ex parte Sueci Danus, Hollandi, et Transylvanus si voluerint liberum eis sit.

Data et conclusa in campo ad Halckmarckum pagum
Die Vigesima Sexta Septembris Anno 1629

Puncta Poselstwa Cesarza JeoMci Chrześciianskiego

Po zwyczaynym pozdrowieniu wspomina ściśłe pokrewności związki Cesarza JM Poseł z Królem JeMcią Polskim, y że dla tego posłał go tu Cesarz JeoMć aby światu pokazał, że o nic barzey nie stara się, iako o pospolity obu Państw pożytek

Uznawa Cesarz JeMć pilne tak JKMci iako y Stanów Koronnych staranie w uspokoieniu controversiy strony granic wszytkich. Approbuie radę tę, aby prywatnych ludzi controversie przez osobne Commissarze, albo pośrzednią iaką Deputatią uspokoione były, y że do sprawy z P. Marszałkiem Koronnym a niektóremi Slązakami naznaczył Commissarze, y że na potym takie Commissie Cesarz JeoMć wydawać każe

Pochwala chęć narodu Polskiego że na przeszłym Seymie uznali iż strony wyprzedniemu Zołnierza Voluntariuszów, nic się z obopolnego przymierza nie naruszyło. Przyczynia się przy tym za Moczarskim y Koparzewskim dobrze sobie zasłużonymi aby do czci y libertates Polonicas przywróceni byli.

A iż doszło to Cesarza JeMci iakoby niektórzy swowolnicy zebrawszy się pod Regimen Mansfelda chcą naiechać ex inferiore Saxonia Sląsko, z kąd niemniey z iego Państwom Cesarskim, iako y Królestwu Polskiemu niebespieczeństwo nadchodzi, lubo woyska Cesarskie pilne na to maią oko, y lubo o tym niektóre Xiążęta y Electory przez których Państwa ci swowolni przechodzić chcą, obwieścił, przestrzega iednak w tym K. JMci y Stany Koronne aby y oni pilne na to oko mieli

Iako Cesarz obwieścił Xiążęta Imperii, tak powinien żeby K. JMć Electora Pruskie przysięgłego swego Xiążęcia napomni aby ich nie przepuszczał.

Jeśliby co